Landesbibliothek Oldenburg

Digitalisierung von Drucken

M. Tvllii Ciceronis|| Epistolae Familiares.||

Cicero, Marcus Tullius

Venetiis, 1565

Titelblatt

urn:nbn:de:gbv:45:1-724041

Visual Library

M. TVLLII CICERONIS
EPISTOLAE FAMILIARES.

PAVLI MANVTII ANNOTATIONES breuiſsimæ, in margine adſcriptæ.

Eiuſdem Manutii ſcholia.

Verba graeca, latinis expreſſa.

CVM PRIVILEGIO.



VENETIIS, M. D. LXV.

Landesbibliothek Oldenburg

EX BIBLIOTHECA
OLDENBVRGENSI.

Landesbibliothek Oldenburg

AD MATTHAEVM SENAREGAM, AMBROSII filium, in Ciceronis epistolas familiares Pauli Manutij praefatio.

TVONE, *Matthaee Senarega, an meo dicam felici contigisse fato, ut, relicto Louaniensi celeberrimo gymnasio, quo, tamquam ad mercatum bonarum artium, uirtutis, & eloquentiae comparandae caussa concesseras, Venetias te hoc potissimum nomine contuleris, quod nostri, ut ipse dicere solitus es, uidendi, & cognoscendi mira quaedam te cupiditas incenderat? tu quidem, si tuum sensũ explorẽ, uis me hoc tribuere fortunae tuae. nam quod ita euenerit, non modo ut ad amicitiã, & consuetudinem, uerum etiam ad conuictum, et cõtubernium meum tibi aditus patuerit; in eo, quasi tibi quiddam expetendum contigerit, plurimum ipse tibi solitus es gratulari. de quo, non est meum statuere, uere ne sentias, an secus. at illud meum est, paucis ostendere, cur tu contra mihi carissimus, iucundissimusq. sis, &, quod nunc in meis aedibus mecum habites, mecumq. uiuas, in eo ego quoque meae felicitatis aliquid agnoscam. nam si tu ita de me sentis honorifice, quod iudicio mouearis: aequum est mihi a te concedi, ut*